



**S** Bonifacius ille in Anglia ipsius Bedę uiri doctissimi discipulus, atque Vunifridus dictus fuit. à quo etiam in omnibus artibus & disciplinis, præsertim uerò in sacrarum literarum cognitione optimè institutus erat. Itaq; is singulari amore prædicationis Christi primò in Galliam, deinde etiam Romam profectus est, ut maiorem rerum experientiam assequeretur, anno septingentesimo uicesimo. Erat autem tum Gregorius 2. Romanorum pontifex. Is intellecta Angli eruditione, eundem à benefactis Bonifacium appellauit, atq; cum literis commendatitijs ad præfules circa Danubium & Rhenum existentes, in interiorem Germaniã Le-

gatum suum transmilit, ut homines eius regionis, qui maiori ex parte adhuc idolorum cultum sequebantur, in uera fide sua prædicatione institueret. Hūc eius conatum & Carolomannus Francorum rex quantum potuit adiuuit. Itaq; S. Bonifacius quibusdam socijs comitatus ad Germanos peruenit, atq; admonendo, docendo, & prædicando plurimas gentes ad fidem Christi animam conuertit.